VALERIUS MAXIMUS

Bologna, 14. Jh. Seite 123r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35037
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

collocavit. admissusque universis
suis propinquis et similitudine eius et vultu consili
fefellit. Crediderunt quoque homines ab
Antiocho moriente Laodicen et na
tos eius commendari. Hibreata
autem Milasenum. copiose atque
concitate facundie oratorem. cime
orum foro strigmenta gimnasii col
ligenti germanum fratrem toti Asie
oculi assignarunt. Ita lineamentis
oris et omnium membrorum compares erant.
Ille vero qui in Siciliam pretoris admo
dum similis fuisse constat petulantis
animi. Proconsulem ei dicente mirari
se quapropter sui tam similis esset. cum
pater suus in eam provinciam numquam
accessisset. At meus inquit Romam ac
cessit. Ioco namque lacessitam ma
tris sue pudicitiam in vicem regesta
suspitione in matrem eius audacius quam
virgis et securibus subiecto conveni
bat ultus est. **De his qui infimo
loco nati mendacio se clarissimis
familiis inserere conati sunt. xvi.**

Set tolerabilis hec et uni tantum (quam modo dixi)
modo anceps temeritas. Que sequitur
impudentie generis nec ferendum ullo
modo. periculique tum privati. tum et pu
blice late patens. Nam ut equitium
Firmo Piceno monstrum veni
ens relatum iam in hoc libro supi
ore preteream cuius in amplectendo

Gneo Graccho patrem evidens mendacium.
turbulento vulgi errore amplis
sima tribunatus potestate vallatum
est. Herophilus equarius medicus
C. Marium VII cons. avum sibi vin
dicando extulit ut et colonie se
veteranorum complures et municipia
splendida collegiaque fere omnia pa
tronum adoptarent. Quin etiam cum
C. Cesar Gneo Pompeio adolescente
in Yspania oppresso propinquis in hortis suis
admisisset proximo intercolupnio
pene pari studio frequentie salu
tatus est. Quod nisi divine Cesaris vires
huic erubescende procelle obstitis
sent. simile vulnus res publica excepisset.
atque in equo acceperat. Ceterum
decreto eius extra Ytaliam relegatus
postquam ille celo receptus est
in urbem rediit. et consilium interficiendi
senatus capere sustinuit. Quo
nomine iussu patrum in carcere neca
tus. seras propter animum ad omne
moliendum scelus penas pependit.
Ne divi quidem Augusti etiam nunc terras
regentis excellentissimum numen
intemptatum ab hac iniurie nuo exti
tit. Qui clarissime ac sanctissime
sororis eius Octavie utero se geni
tum fingere audet. propter summam at
invecillitatem corporis. ab eo cui da
tus erat. pro suo atque illius filium

al' patronum